



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Theologia|| Ivridica,|| Sev Ivs Civile Theologicvm,||

Fickler, Johann Baptist

Dilingæ, 1575

VD16 F 976

De Episcopatus dignitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63414)

DE EPISCOPATUS CATHOLICI OFFICIO, ET DIGNITATE.

Episcopus apud veteres, Magistratus nomen fuit, quod collegi potest ex verbis Aurelij Arcadij Iurisconsulti, qui temporibus vixit Alexandri Severi, is sic ait. Episcopi qui praesunt patri, & ceteris venalibus rebus, quae civitatum populis ad quotidianum vitium vsus sunt, personalibus numeribus funguntur. l. si. §. item Episcopi. ff. de numer. & honor. Unde D. Augustinus Graecum & inde ductum vocabulum esse, ait, quod ille, qui praeficitur superintendit, curam scilicet eorum gerens, scopos quidem intentionis est: ergo Episcopum inquit, si velimus Latine interpretari, superintendere possumus dicere: ut intelligat se non esse Episcopum, si praeesse desiderat, non prodesse. Hinc forte est, quod haeretici suos Haereticas, Superintendentes, quam Episcopos nuncupare malunt: ne vel circa nomina cum Ecclesia Catholica videantur esse consoni, cum tota visa doctrinaque ab eadem discrepent. Episcopi nomine Homerum reges quoque appellasse constat. Est & Cicero hac vsus voce: Vult, inquit, Pompeius me esse, quem tota haec Campania, & maritima ora habeat Episcopum, ad quem delectus, & negotij summa referatur. Hodie autem Episcopus Praeses est suae civitatis ac territorij. Dicitur Baldi, ut volunt elegans, in l. suae pars. in fi. C. dedilat. Unde exactissimam in custodiendo territorio suo, & facinorosis deprehendendis diligentiam praestare debent, nisi obijci velint sibi id, quod privatis

Episcopi apud Ethnicos qui fuerunt.

Aug. lib. 9. de civit. Dei.

Ab Ethimologia.

Superintendentes Lutherani cur non vocentur Episcopi.

Episcopi olim reges.

Lib. 7. Epist. ad Attic.

Episcopus quod sit eiusque officium.

Q 5 Dominis

Argumentū
eotū quæ di-
cuntur in hoc
capite.

Dominis vsu venit, ut iubeantur carere, alii
quas nolint defendere. iux. l. hoc amplius. ff. de
infect. Cū autem in Ecclesia maximi momenti
officium summaq; dignitas sit Episcopatus, Catho-
licus Imperatores curauerunt, ut ad tantum fastigium
non nisi integra & Syncera electione ascenderet,
non precio sed meritis, castus, humilis, non ambiens, sed
actus, ideoq; elegendi vitam, mores doctrinam, &
conditionem antea diligentissimè explorandam. Ep-
iscopatus cur, & à quo expetendus, eum non oportet
dum esse uxore & liberis, longè minus concubinis
ceterarumq; suspectarum personarum consuetudine
contaminandum. Item Episcopum obseruatorem
debere sacrorum canonum, eorumq; imprimis
rum, & quanta simoniacos, id est, ambitiose emen-
dentesue maneat pœna. Quæ in anteactam
fit adhibenda inquisitio, quæ accusationum dispo-
sitio, quæ calumniantium pœna. Quid in Electione re-
quiratur, quod qualèue eius sit officium, quid in con-
secratione & consecratione obseruandum, quomodo
Episcopo donare Ecclesie, de tributis seu, ut hodie
vocat, annatis Episcoporum, eorumq; residentia
sentia, largitate in pauperes, pietate in Ecclesias,
cum hæreticis aliquid commercij habeant, missio
nisi testamento illis relinquunt, in cognatos eccle-
sticorum bonorum nil conferant, quæ bona erogent
vel testati relinquere possint, quis succedat inter-
ditis. Item Episcopum alienum esse debere ab alicuius
familia, hisce quæ sequuntur legibus contenta. Inter-
gent autem ex his nouarum sectarum studiosi, quæ

ordinis sit habita, quam ipsi auersantur, impugnant, la-
cerant. Episcopalis dignitas: discent quoq, non pauca
Episcopi quales esse, & quomodo in ea functione se
gerere debeant.

DE ELECTIONE EPISCOPI ET CONSECRATIO- ne & partim de eius officio.

LEO ET ANTHEMIVS IMPP. IN L.
si quinquam. C. de Episcop. & cleric. & c.

Si quinquam vel in hac regia vrbe (Cōstan-
tinopolitana) vel in cæteris prouincijs, quæ
toto orbe diffusæ sunt, ad Episcopatus gradū
prouehi Deo auctore contigerit, puris homi-
num mentibus, nuda electionis conscientia,
syncero omnium iudicio præferatur. Nemo gra-
dum sacerdotij precij venalitate mercetur:
quantum quisq; mereatur, non quantum da-
re sufficiat, aestimetur. Profectò enim, quis lo-
cus tutus, & quæ causa poterit esse excusata, si
veneranda Dei templa pecunijs expugnen-
tur? Quem murum integritatis, aut vallum fi-
dei prouidebimus, si auri sacra fames in pen-
talia veneranda proserpat? Quid deniq; cau-
tum esse poterit, aut securum, si sanctitas in-
corrupta corrumpatur? Cesset altaribus im-
minere profanus ardor auaritiæ, & à sacris a-
dytis repellatur piaculare flagitium. Itaq; cas-
tus & humilis nostris temporibus eligatur E-
piscopus: vt quocunq; locorum peruenerit,
omnia

Episcopi ele-
ctio pura de-
bet esse & syn-
cera.

Episcopatus
nō precio sed
virtute com-
parandus.

Episcopus
eligi debet
castus & hu-
mils.

Episcopus nec ambitio-
ne, nec pre-
cio, sed pre-
cibus ordi-
nandus, c omnia vitæ propriæ integritate purificet, &
c precio, sed precibus ordinetur Antistes. Ta-
c tum ab ambitu debet esse sepositus, vt que-
c tur cogendus, rogatus recedat, inuitatus et
c giat: sola illi suffragetur necessitas excusa-
c

Observandū
est, sacerdotē
semper in his
legibus poni
pro Episcopo,
& sacerdoti
pro Episco-
patu, id quod
ertā annota-
uit Antō. Cō-
tius in l. nec
honore. C. de
ep. & cler.

Episcopi eli-
gendi vitæ &
mores prius
expēdi de-
bere.

Episcop. eli-
gendus non
debet esse id-
iota vel me-
dius Laicus.

Profectō enim indignus est sacerdotio, si
fuerit ordinatus inuitus, cū sanè, si quis
sanctam & venerandam Antistitis sedem
cuniz interuentu subiisse: aut si quis vt aliter
ordinaret, vel eligeret, aliquid accepisse de-
gitur, ad instar publici criminis, & laesam
statis accusatione proposita à gradu sacerdotii
retrahatur. Nec hoc solū deinceps honore
priuari, sed perpetuæ quoq; infamiz damna
decernimus, vt eos, quos par facinus contem-
nat & æquat, vtrosq; similis pœna comiteat.

IVSTINIAN. IN AVTH. QVOM. OPOR-
t. Episcop. &c. §. sancimus. coll. 1.

Sancimus sacras per omnia sequentes regu-
las, dūm quispiam sequenti omni tempore
ad ordinationem Episcopatus adducitur, con-
siderari prius, eius vitam, secundum sanctam
Apostolum, si honesta, si inculpabilis & vitæ
que irreprehensibilis sit, & in bonis testimoniis
habeat & sacerdotem decens.

IDEM IN D. AVTH. §. NEQVE ENIM
NEq; enim idiota, neq; ex ijs, qui vocantur
Laici, existens, ita mox ad Episcopatum
ascendat, nec imaginariam suscipiat ordina-
tionem, tanquam modò quidem Idiota, mox
autem clericus, ac paulò deinceps Episcopatus
appareat.

IDEM

IDEM IVST. IN §. PRIVS

autem. Auth. eod. tit.

Episcopatum pecunijs emere non permittimus: solum verò eum respicere Domini Dei culturam volumus, nec plurimis humanis conditionibus distrahi: sed neque ineruditus factorum dogmatum ad Episcopatum accedat. Prius autem aut monasticam vitam professus, aut in clero constitutus, non minus mensibus sex, uxori tamen non coherens, aut filios aut nepotes habens, Hoc enim omnimodò super Deo amabilibus Episcopis quaerimus: sicut etiam prius duabus nostris sacris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum coherentes vxoribus non perscrutator, omne prateritum relinquentes, de cetero autem nulli permittentes à positione legis vxorem habenti, talem imponi ordinationem. Quam legem etiam nunc reuocamus, ne forte si prater hoc aliquid fiat, & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus Episcopus, aut ex Monachis aut ex clericis sit, etiam in huiusmodi vita testimonij boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona, & hoc fundamentum Pontificatus deponens suae animae.

IDEM IN §. SED ETIAM D. AVTH.

& §. Adhanc. eod. tit.

Si ordinandus bene constitutus, & ad Episcopatum prae paratus est, competens est venerabilis & vndique probatas legere regulas ante

Episcopatus
cur apperen-
dus, & à quo.Episcopus ne-
que vxorem
neque liberos
habere debet.Hocius etiam
à summis Pō-
tificibus acce-
ptum est in c.
de Syracusa-
ne. dist. 23. &
c. Catinensis.
dist. 61.Hoc. §. ante-
riora iura cor-
riguntur, qui-
b⁹ ad Episco-
patū admitti-
tebatur is qui
iam vxorē ha-
bebat: sed qui
coelebs electus
fuerat, ampli-
us ducere non
poterat: vult
enim vt post-
hac non nisi
coelebs eligatur.Quomoddò
Græci electos
ordinauerint

ante ordinationem, quas recta & inuicem
nostra suscipit fides, & Catholica Dei, Ap-
stolicaq; disposuit, & tradidit Ecclesia: &
ex frequenti earum lectione transferit, quae
ordinationem deducitur, tunc is qui ordi-
nationem impositurus est, interroget eum, si
ficiens est custodire & agere, quae sacra regu-
lauerunt. Et siquidem ille declarauerit

Episcopus te-
netur obser-
uare canones.

dixerit praecipua sacrarum regularum non
valere seruare, nullo modo ei ordinationem
imponi: si verò susceperit, & dixerit, quia
tunc homini est possibile, complebit hæc
his continentur, tunc monere eum & dicitur
quia nisi hæc obseruauerit, à Deo alienus
& cadet à iam dato honore: & neq; ciuiles
ges delictum inultum relinquent, eò quod
praecedentibus nos Imperatoribus, & à
ipsis rectè dictum est, OPORTERE SACRA

Impera tor
Canones re-
cipit, vt leges
ipsas.

Idè dicitur in
c. vlt. in fi. cū
glo. fi. extra.
de sec. nupt. &
c. 1. De nou.
oper. nunc. &
l. privilegia.
C. de sacros.
eccles.

REGVLAS PRO LEGIBVS VALERE
Et si etiã sic permanserit causam amplecti
tunc super his professionibus vnique
sacram suscipere episcopatus ordinationem
Et hanc non pecunijs emerè, neq; per
aliquam dationem suscipere, sed pura percipi
& sine mercede, & tanquam à Deo datum
si etiam alia omnia habeat vtilia, quae prius
nobis dicta sunt, pecunijs autem vel rebus
deatur Episcopatum etiam emisse, sciat
ab Episcopatu casurum, & hoc munus
buturum ordinanti, vt & ille Episcopatum
tat, & à clero cadat: & vtriq; causa talem

Pœna Episco-
patum emen-
tium vel ven-
dentium,

Ret retributionem, vt & hic quidem non adipiscatur quæ sperabat, ille autem etiam quæ habebat, amittat. Veruntamen pecunijs ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimæ assignandis Ecclesiæ, siue Episcopus sit accipiens, & propterea à sacerdotio cadens: siue etiam quilibet alius in clero constitutorum. Nam & illi æquam imponimus pœnam, vt ab ordine, quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res quæ ordinationis occasione datæ sunt, iniuriam passæ, quantum ad ipsum Ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maxime si administrationem aliquam gerat: habebit quidē ipse à Deo pœnam, & succedent ei de cælo supplicia. Veruntamen etiam illud quod datum est, totum ablatum ab eo sanctissimæ Ecclesiæ omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiã, si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio condemnetur. Illud quoque sciat aperte, qui pecunijs, aut rebus alijs emerit prefulatum: quia, si prius diaconus aut presbyter sit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat, nō solum cadat Episcopatu, sed nec prior illi relinquatur ordo presbyterij forsitan, aut diaconatus. Amittit enim etiam illud, vt potè decentiam indignè concupiscens, & omni sacerdotali excluditur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum qui imponit

eam,

Laico Simo-
nia patrocini-
um prelati,
oprat Im-
perator sup-
plicia succe-
dere de celo,
aliasq; penas
adiungit.

nam, illi coram omni fideli populo sancti-
mæ Ecclesiæ hæc omnia prædicere, vt ag-
scens eum omnia, quæ prius dicta sunt, non
habere, ad sacram eum deducat ordinationem,
vt etiam ille coram omnibus hæc audiens,
solum habeat Dei timorem, sed etiam coram
omnibus denunciationem, & professionem
erubescat.

IDEM IVSTIN. IN D. AVTH.

§. si quis autem.

Huic §. ferè si-
mile est. c. il-
lud. dist. 23.
ex Concilio
Chalcedonè-
si quarto.

Episcopus nõ
debet eligi,
nisi prius que-
relarum de se
fiat discussio.

In sacerdote
requirit præ-
cipuè purita-
tem Deus.

Pœna eius qui
electione Epi-
scopi calum-
niando impe-
dire studeat.

SI quis autem talis quidem esse putetur,
ad Episcopatus ordinationem transeat,
tradicat autem aliquis, atq; dicat conscientiam
esse alicuius illicitorum eius: nõ prius mes-
tur Episcopatus ordinationem, quam exami-
natio querimoniarum fiat, & appareat vnus
innocius. Quòd si etiam post huiusmodi con-
tradictionem non passus is, qui ordinationem
facit, legitimam examinationem imponi cur-
sæ, currat ad ordinationem: sciat quòd ab-
sit, pro nihilo esse: sed & is, qui contra legem
facit, cadat sacerdotio: Et qui sine probato
imponit ordinationem, & ipse quidem firmi-
liter cadet sede sacerdotali. Reus autem est
Deo, qui præcipuè omnium querit suorum sa-
cerdotum puritatem. Si tamen is, qui ordina-
tioni contradicit, aut examinatione facta pro-
betur calumniator: aut in ipso principio, nec
in examinatione persistere confidat: segregetur
istum in perpetuum à sacra communione
qui ordinationem facere vult, vt non ipsa sub-

stas impunita. Sicut enim bonam gloriam in eo, qui ordinandus est, quærimus: ita etiam calumniâ in eo, qui frustra accusauit, punimus. Si verò nemo accusauerit omnino, aut in totum denunciâns examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut prædiximus) non valuerit accusationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit præceptorum, & non incurrit ad vitam impunitam huiusmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis, & sapientia.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE SANCTISS. EPISCOP. & c. §. sancimus. i. coll. 9.

Episcopus * eligatur neque propter aliquam donationem, neque promissionem, aut amicitiam, aut aliam quamlibet causam: sed scientes eos recte, & Catholicæ fidei, & honestæ esse vitæ, & literas nosse, hos elegerint, & quia neque uxorem neque filios aliqui eorum habent, neque concubinam aut filios naturales cognoscunt eos habuisse, aut habere. *Et paulò post.* §. Ita sanctas regulas, & quotidianum Ecclesiæ ministerium edoctus Episcopus ordinetur: qui enim alios debet docere, post ordinationem ab alijs doceri non debet. *

IDEM IVSTINIAN. IN §. SI QVIS
autem. Anth. eod. tit.

Siquis autem electum ad ordinationem Episcopatus accusauerint, in qualibet causa, **R** possit

*Episcopus promissione, donatione, amicitia vel alia simili causa eligendus non est.

† In Episcopo eligendo quaerantur.

‡ Episcopus ita doctus sit, ut post ordinationem à nemine doceri debeat.

*Cõcordat cum hoc dicto c. of ficij tui, cum glo. i. in verb. sed quare non potuit. extra. de elect. & c.

quamuis, cum glo. si circa si. extra. de ar. & qualit. Vbi dicitur ignominiosum esse

Episcopo, si cum alijs docere debet, quærat ab alijs doceri.

sanctis
ut ag
nt, à no
linatio
diens,
m con
elsione
TH.
utetur
nfect,
nscium
is mere
n exam
at vnd
odi co
natio
poni ca
dò d ab
ra leg
obato
em sim
utem
orum
i ordi
ficia p
pio, ne
legre
nionem
ipfa fal

Accusationis
contra eligen-
tum Episco-
pum p̄cessus.

Idē ferē habe-
tur in c. quo-
niam frequē-
tur. §. si vero
aliter. in glo.
sup. ver. in sa-
cris canonib.
ante si. ver.
sed in Episco-
pari dantur
tres mētes.
extra. vt lite-
rā cōtest. &c.
Pœna culum-
niæ.
Episcopus an-
te accusatio-
nis examina-
tionē non de-
bet ordinari.
Episcopi ele-
ctionem aut
suffragiū non
intercedat.
Simonix pœ-
na.

possit secundum leges aut Canones eius im-
pedire ordinationem, differatur huiusmodi
ordinatio: & prius contra eum proposita
causam, siue præsente accusatore, & ab eo pro-
positam causam exequente, siue etiā deficiente
te per tres menses suam accusationem imple-
re: diligenter examinari ab illo à quo futurus
erat Episcopus ordinari: & siquidem obno-
xium eum accusator intenerit, prohibeatur
ordinatio. Si verò obnoxius non ostendatur
ordinatio quidem non impediatur: accusator
autem siue non probauerit, siue etiam siue
propositam à se accusationem, à provincia
qua habitat, abijciatur. Si quis autē ante exa-
minationem accusatum ordinauerit, ordina-
tus quidem à sacerdotio repellatur: qui vero
tale ordinare festinauerit, superius dictæ pœ-
niæ iaceat pœnæ, tam annali prohibitioni sacri
ministerii, quàm etiam, vt omnes eius res Ec-
clesiæ vindicentur. Præ omnibus illud seruamus,
vt nullus per suffragium aliarum rerum Episcopus
ordinetur. Si quis autem tale committatur, ipsi
semetipsos, & accipientes, & mediatores eorum
secundum sacras scripturas & sanctas regulas
damnationi subiciunt: & propterea qui datus
& qui accipit, & mediator eius factus, sacerdotii
aut clerici honore remoueat. Quod autem
pro hac causa datum est, Ecclesiæ illi vindicetur,
cuius voluit sacerdotium cōparare. Si vero
Laicus fortè pro hac causa aliquid accipiat
aut

ant mediator rerum factus est: datas res in duplum eum exigi iubemus Ecclesie vindicandas. Non solum autem quae secundum hunc modum dantur, vindicari praecipimus: sed etiam omnem cautionem pro hoc, quolibet modo expositam, & pignorum, vel fideiussorum dationem, vel oblationem, & omnem quamlibet aliam cautionem vocare sancimus. Et qui super hoc promissionem accipit, non solum professionem reddat, sed etiam aliud tantum, quantum professio continet, exigatur, quod debet Ecclesie dari.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE ORDINAT. EPISCOP. & CLERIC. COLL. 10.

SI ciuiles leges, quarum potestatem nobis Deus, pro tua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientiam securitatem studemus: QUANTO PLVS STUDII ADHIBERE DEBEMVS CIRCA SACRORVM CANONVM, ET DIVINARVM LEGVM CVSTODIAM, quae super salute nostrarum animarum definita sunt: Qui enim sacros canones custodiunt, Domini Dei adiutorio digni sunt, qui autem eos transgrediuntur, ipsi semetipfos iudicio reddunt obnoxios. Maiori itaque condemnationi subiacent Episcopi, quibus concreditum, & commissum est, & canones inquirere & conseruare, si quod eorum praetermissum fuerit, indemnatum atque impunitum reliquerint. Sanè cum haecenus canones obseruati non rectè fuerint,

R 2 diuer

Imperatoris
studium circa
sacros canones, & diuinam scripturam.

Sacros cano-
nes conserua-
re rectum or-
dinem in cle-
ro.

Sacerdotum
inertiam non
esse ferendā.

Vt ordinatio
Episcoporum
& Clericorū
rite fiat.

S. Gregorius
quid senserit
de ordinatio-
ne Episcopa-
li.
Epi & pres-
byteri quales
esse debeant.

diuersas ex eo passus sumus interpellatione
contra clericos & manachos. & quosdā Epi-
scopos, vt qui secundum diuinas canones
viuerent, & quidā etiam inter eos inuenti
tur, qui nec ipsam quidem, vel sanctā oblatio-
nis, vel sancti baptismatis orationem tenerent
aut scirent. Dēi igitur intelligentes & animi
infigentes iudicium, singulorum quæ nobis
delata sunt inquisitionem simul & correctio-
nem iussimus canonicē procedere. Si enim
la quæ à laicis peccantur, generales leges non
concedunt extra inquisitionem & vindictam
manere: quomodo à sanctis Apostolis & Patri-
bus, super omniū hominum salute canonicæ
statuta despici patiemur? Illud quoque nihil
minus quibusdam peccandi occasio fuit, quod
absq; examinatione, & recte fidei atq; homo-
statis vitæ testimonio ordinantur Episcopi,
presbyteri, diaconi & ceteri clerici. Nam si
ordinandum pro populo destinati indigni
uino ministerio inueniantur, quomodo pro-
prietate transgressionibus & delictis populi Deū pro-
pitare poterunt? Planè ordinationes sacerdo-
tum, cum omni diligentia & rigore fieri opor-
tere docet nos & qui inter sanctos ceterus Gre-
gorius Theologus, secutus sanctos Apostolos
& diuinos Canones. Sic enim in magno Apo-
logetico. Quisquis autem (inquit) secundum
Pauli canones, & definitiones se ipsum disti-
tuit, vt ficci, siuè sobrii sint, modesti, non vino-
lenti,

lenti, non percussores, ad docendum idonei, & irreprehensibiles in omnibus, non conuersantes malis: non multum aberrare se inueniet ab illa Canonum reſtitudine. Idemq; rurſum loquitur in hæc verba. Mundari, inquit, oportet primùm, ac deindè mundare: ſapere ac deindè ſapientiam docere: lucem fieri, & poſtea illuminare: propinquari Deo, tum alios adducere: ſanctificari, tum ſanctificare: manu ducere cum manibus, conſultare cum conſilio. Et rurſus idem ſanctis connumeratus Gregorius, de iſdem in eadem oratione iſtud ſcribit, Quis intar ſiguli vno ipſo die ſicilia ſua torrantis, ita repente ſingat veri cultus antiſitem cum Angelis ſtante, & cum Archangelis laudes canentem, & Chriſto conſacificantem? Et per hæc quidè indicat ille Theologus, quales nam oporteat ad ſacerdotium promoueri. De his autem, qui ordinantur indigni, idem hæc dicit in eadem oratione. Qui cum nihil (inquit) ad ſacrum Dei altare, & ſacerdotium attulerint, nec in virtute & pulchro prius inſudarint & elaborarint, ſimul diſcipuli & præceptores pietatis oſtenduntur, & priuſquam purgati ſint, purgant: heri ſacrilegi, hodie ſacerdotes: heri extra ſacra, hodie præſules myſteriorum: veteratores malitia, nouitij pietate, qui ſunt opus atque fabrica humanæ gratiæ, non Spiritus ſancti, & poſt pauca. His igitur, quæ ſacris Canonibus definita ſunt inſiſtentes præſentem ſancimus legem, per quam ſancimus,

De his qui ad
ſacerdotium
indignè ac-
cedunt.

Mos antiquæ
ordinationis
vt apud Græcos.

R 3

vt

*Psephisma,
iudicium seu
decretum per
suffragia.*

*Qualis eligē-
dus sit in Epi-
scopum.*

*Episcop⁹ cal-
lere debet Mi-
sa formulam.*

vt quoties vsu venerit Episcopum ordinandum
conueniant clerici, & primores ciuitatis cui
ordinandus est Episcopus: & propositis Euan-
gelijs super tribus personis psephimata fieri
& quemque ipsorum iurare secundum diuina
eloquia, & in ipsis psephismatibus inscribi
quod neq; per dationem, neq; promissionem
vel amicitiam, vel gratiam, vel aliam qualem-
cunq; affectionem, sed quod scientes ipsos re-
ctæ & Catholicæ fidei, & honestæ vitæ, & ex-
cedere trigessimum ætatis annum, ipsos elegerint,
& quod neq; vxorem, neq; liberos sciunt
aliquē ex ipsis habere, vel habuisse, sed si quis
eorum prius vxorem habuit, & illam solam
& neq; viduam, neq; à viro separatam, neque
sacris canonibus, aut legibus interdictam: nec
neq; muneribus publicis addictam, aut curia-
lem, aut taxeatam siue cohortalem aliquem
eorum, qui electi sunt, esse cognoscunt: præter-
quam si in Monasterio non minus quindecim
annis monachicam vitam sine vlla calumnia
exegerit: ea sanè obseruatione, quæ antea à
nobis dicta est, & in talibus personis, earumq;
electione obseruanda, vt ex tribus ita electis
personis melior eligatur electione & iudicio
ordinantis. Exigi etiam ante omnia ab eo qui
ordinandus est, libellū cum eius propria sub-
scriptione, complectentem quæ ad rectam eius
fidem pertinent. Enunciari etiam ab ipso &
sanctam oblationis formulam, quæ in sancta
communione fit, & eam quæ fit in baptismo
precatio-

precationem, & reliquas deprecationes. Iurandum autem suscipere eum, qui ordinatur, per diuinas scripturas, quod neque per se ipsum, neque per aliam personam dedit quid aut promisit, neque posthac dabit, vel ordinanti ipsum, vel his qui sacra pro eo suffragia fecerunt, vel alij cuiquam ordinationis de ipso faciendæ nomine. Si quis autem præter memoratam obseruationem Episcopus ordinetur, iubemus &c. scituris religiosissimis sacerdotibus quod si quid horum cõtempserint, & horrendo Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi iudicio rationem reddituri sunt, &c.

IDEM IVSTINIAN. IN NOVELLA DE
Episc & cleric. Const. V. In apud Iulian. Patrie &c de
consecratione Episcoporum hæc præcipit, quæ
etiam cum superioribus congrunt.

DEbet prius disceptari de vita Episcopi, vtrum bona sit an reprehensibilis, & vtrum bonis testimonijs muniatur, an non. Sed et si officialis vel curialis conditionis, prohibetur Episcopus fieri: nisi fortè à tenera ætate in monasterio fuit, eoq; modo liberatus est à prædictis condicionibus: ita tamen, vt quartam partem substantiæ suæ præstet secundum legis obseruantiam. Sed neq; Laico statim ad Episcopatum ascendere licet: neq; clericatus honorem simulatum habuisse sufficit. Oportet autem eum qui Episcopus fit, neque vxorem neque concubinam habere, neque filios, neque nepotes, siuè legitimos, siuè legibus incognitos. Et si quis contra hæc fecerit: & is qui fa-

Episcopi iurare debere se
Episcopatum
malis artibus
non ambiuis-
se.

Episcopus eligendus debet
vita esse irre-
prehensibili.
Conditionis
liberæ.

Ne fit Laicus.

Vt fit coelebs.

Ne Episcopatum emat.

Ritus ordinationis Episcopalis.

Canones vim legum habet.

Pæna Simonia.

Quis est & is qui eum fecit Episcopatus expellatur honore. Nec liceat pecuniæ datione Episcopum fieri. Esse autem oportet eum, qui Episcopus fit, vel monachum vel clericum: in tamen, ut non minus sex mensibus appareat eum in clericatu fuisse. Legere autem debet sanctos Canones eo tempore, quo consecratur. Consulat autem is qui consecrat, si possit facere atq; custodire omnia, quæ divini præcipiunt canones, & siquidem denegaverint posse custodire, non consecratur. Sin autem pollicitus fuerit se observaturum quantum homini possibile est, sanctorum canonum præcepta: tunc is qui consecrat, eum admonet atq; prædicere ei debet: quòd si non observaverit canones sanctos, & Deo alienus erit. & religiosi Episcopis non connumerabitur. Nam Patrum canones vim legum habere oportet. Sin autem aliquis pecuniam dederit, eodemque modo creatus Episcopus sit, non solum ipse, sed etiam qui consecravit eum, inter Episcopos non erit: sed pecuniæ vel res data consecrationis causa sacrosanctæ Ecclesiæ addictæ, siue Episcopus sit, siue clericus est qui dedit. Is autem qui accepit, non solum res amittat, sed etiam gradum atq; honorem dignitatis, vel clericatus. Similiter autem si Laicus sit, qui pecuniam vel res accepit, & ipsas amittat, & aliud tantum quantum pœnæ nomine sanctæ Ecclesiæ præstare compelletur. Sed eius magistratum gerat, in magistratu esse desinat, & exilio

exilio irretocabili condemnabitur. Sin autem aliquis presbyter vel diaconus constitutus, pecunia data ad Episcopatus peruenit apicem, non solum Episcopus esse desinat, sed etiam priorē gradum presbyterij vel diaconi amittat. Consecratio autem Episcopi fiat ante omnem populum Christianitatis, vt sit facultas vnicuiq; si velit contradicere. Et siquidem ante consecrationem facta fuerit contradictio, nō prius consecretur Episcopus, nisi disceptatio de contradictione facta fuerit, & vndique appareat innoxius is, qui ad Episcopatum vocatur. Sin autem ante disceptationem ad Episcopatum peruenit, amittat honorem, nō solum ipse, sed etiam is qui eum creauit. Quod si is qui contradixit, calumniator probatus fuerit, vel contradictionis iudicium deseruerit, & non peregerit causam, prohibeatur à sacra communione in omni vita ab eo, qui cōsecrauit Episcopum.

Episcopi consecratio, vt quilibet fiebat.

Pœna calumniatoris in accusatione eligendi.

IDEM DE ECCLESIAST. DIVERSIS

q. tit. Const. CXV. apud eundem. Iulian.

Sancimus igitur, quando opus fuerit Episcopum creari clericos & primates ciuitatis eius cuius Episcopus desideratur fieri in tribus personis decreta facere, propositis sanctis Euangelij periculo animæ suæ dicentes in ipsis decretis, quod neq; propter aliquam præstationem, neq; propter promissionem, vel amicitiam, vel aliam qualemcunque causam, sed scientes eos rectæ & Catholicæ fidei, et ho-

Episcopi creatio quemadmodum apud Græcos fiebat.

In eligendo Episcopo que requirantur, quæ uè reiciantur.

R 5 nestæ

nestæ vitæ esse, & literas scire, eos elegerunt, quòd neq; uxorem, neq; liberos quis eorum habet, neq; concubinam vel liberos naturaliter cognoscunt eum habuisse vel habere: sed & uxorem quis prius habuit, & ipsam vnam, & primam, neq; viduam, neq; marito diffinitam, neq; legibus vel sacris canonibus reprobata, id est, scenicam, sed neq; curialem, vel taxeatam eum esse cognoscant: vel si curialem vel taxeatam suppositus est conditione, semper ipsum in monasterio non minus quindecim annis solitariam vitam peregrisse. Et hoc autem decretis oportet imponi, quòd non minus quàm triginta quinque ætatis annos æque electam à se personam cognoscunt, ut à tribus personis, pro quibus talia decreta fuerunt, melior crearetur electione & periculo creatura. Curialem autem, vel taxeatam, qui secundum ea, quæ diximus per quindecim annos in monasterio moratus est, & ad Episcopatum promotus, liberum esse propria conditione: sic tamen ut liberatus curia quartam portionem sui matrimonij sibi retineat, cæteris rebus ipsius secundum nostram legem curia & publico vindicandis. Damus autem licentiam illis qui decreta faciunt, si quem laicum citra curialem & taxeatam dignum prædictæ electionis esse putauerint, talem hominem unam cum aliis duobus clericis, vel monachis eligere: sic tamen, ut Laicus, qui hoc modo ad Episcopatum electus est, non statim Episcopus creetur.

Episcopus eligendus cuius ætatis esse debeat.

Laicus, vel certa conditione astrictus, si incidit in electionem, quid agendum sit.

sed primū clericis non minus tribus mensibus communeretur, & ita sanctos canones, & sacrosanctę Ecclesię ministerium edoctus Episcopus creetur. Qui enim alios docere debet ab aliis post consecrationem doceri non debet, &c. Sin autem hi qui debent Episcopum eligere, talia decreta intra sex menses nō fecerint: tūc periculo animę suę ille cui comperit consecrare Episcopum, consecret, omnibus aliis, quę diximus, obseruandis. Si quis autem præter memoratam obseruationem Episcopus creatus sit, iubemus eum modis omnibus ab Episcopatu repelli: sed & illum qui contra hæc præcepta ausus fuerit Episcopum consecrare, separari per vnum annum à sacro

Episcopus a
liis docere, &
ab aliis doceri
non debet.

Episcopalis
electio, nisi ad
præscripta le-
gitimè fiat,
nulla est.

‡ Alias my-
sterio.

De accusatio-
ne Episcopi
eligendi.

Pœna calum-
niatoris.

† ministerio, & totam eius substantiam, si qualicūq; tempore, vel modo in ipsius dominium peruenerit, propter delictum quod fecit, dominio Ecclesię, cuius Episcopus est, vindicari.

Si quis autem eius, qui ad Episcopatus consecrationem electus est, accusator extiterit in causa quę per leges vel canones possit inhibere consecrationem eius, prius de accusatione Episcopus, qui consecraturus erit, disceptationem faciat vel præsentem accusatore & implente suam accusationem, vel non implente, sed per tres menses differente. Et si quidem inuenierit eum, qui electus est, obnoxium, inhibeatur consecratio. Sed accusator, qui vel non probauit id de quo accusauit, vel si destituit litem, expellatur prouincia, in qua domicilium habet.

Episcopus ante cognitionem accusationis non consecrandus.

* Alias mysterio.

Ne in consecratione Episcopi vlla interueniat pecunia.

Pœna Simoniacæ.

habet. Si quis autem ante cognitionem acceptum consecrauerit, consecratus quidem sacerdotio expellatur: qui autem consecrare eum precipitatus est superius expositis pœnis tenetur, id est, vt per vnum annum * ministerio sacro abstineat, et vt res ipsius Ecclesiæ dicantur cuius Episcopus est.

Ante omnia illud obseruari sancimus, nemo sub præstatione auri, vel alterius rebus Episcopus consecretur. Quod si tale aliquid commissum fuerit, semetipsum & suas animas qui pecunias accipiunt vel præstant, et mediatores eorum secundum diuinas regulas & sacros canones condemnatione subiciuntur. Et propter hoc & qui dat, & qui accipit, & qui mediator factus est, sacerdotio vel clericali honore remoueat. Quod autem pro ea causa datum est, Ecclesiæ illi vindicetur, cuius voluit sacerdotium emere. Sin autem Laicus erit, qui pro hac causa aliquid accepit, vel mediator rei factus est, ea quæ data sunt in duplum ab eo exigantur, Ecclesiæ vindicanda. Non solum autem ea, quæ data sunt: vindicari præcipimus, sed & omnem cautionem super hoc quocumque modo expositam, & pignorum obligationem, & omnem aliam qualemcumque cautionem cessare sancimus, vt ille qui promissionem accepit, non solum cautionem reddat, sed & aliud tantum quantum cautio continet, conueniatur Ecclesiæ dare. Si quis post Episcopatum, vel ante consecrationem voluerit pro-

rit proprias res, vel earum partem Ecclesie offerre, cuius Episcopus erit * hoc laudabile est, quia non est emptio sed oblatio. Pro consuetudine autem illa sola concedimus præstari ab Episcopis consecratis, quæ deinceps præsentii lege continentur. † Tubemus igitur beatissimum quidem Patriarcham, id est Papam Romanum & Constantinopolitanum & Alexandrinum, & Theopolitanum, id est, Antiochenum & Hierosolymitanum (siquidem consuetudo est Episcopis, vel clericis in eorum consecratione non minus quam viginti libras auri præstari) ea tantum dari, quæ consuetudo vult: quod si plus sit quod antea dabatur, nihil ab hoc tempore ultra viginti libras auri præstetur. Metropolitanos autem, qui à Concilio suo, vel beatissimis Patriarchis creantur, & alios omnes Episcopos, qui vel à Patriarchis, vel à Metropolitanis consecrantur: siquidem non minus triginta libras auri reddituum habet Ecclesia consecrati, dare pro cathedralico § solidos centum: notarijs autem consecratis, & alijs, qui ministerium eis faciunt, & alijs qui ex consuetudine capiunt, solidos trecentos. Sin autem Ecclesie redditus minor sit triginta libris auri annalibus, non minor autem decem, pro cathedralico quidem dari solidos centum, alijs autem omnibus qui ex consuetudine capiunt solidos ducentos. Sin autem redditus minor decem, non minor autem quinque lib. auri, pro cathedralico quidem quinquaginta solidos dare,

* Episcopo licere Ecclesie vel ante vel post consecrationem donare.

† Notandum est hoc loco etiam antiquissimum Romanorum Pontificum & Imperatorum si tempore consuetudinem fuisse propter recens electos & consecratos Episcopos summo Pontifici cæterisque Patriarchis tributa pendere, quæ progressu temporis Annatarum nomine sortita sunt, quod nomen hic cathedralicum vocatur.

§ Quævis æstimatus fuerit solidus in veterum Imperatorum libris, vide Bud. de asse. lib. 4. & 5. & Carol. Molinaum in tractatu commerciorum: & versuratur.

Annatarum computatio an-

liqua iuxta
redituū pro-
portionem.

dare, omnibus autem alijs, qui ex consuetu-
ne capiunt, solidos septuaginta. Sin autem mi-
nor quidem quinq; , non minor autem tribus
libris auri habeat Ecclesia reditus, pro cathedra-
tico quidem decem & octo solidos, om-
nibus autem, qui ex consuetudine capiunt, so-
dos viginti quatuor. Sin autem minor tribus
non minor duabus auri libris, sit quantitas Ec-
clesiastici reditus, pro cathedratico quidem
præstari duodecim, pro omni autem alia con-
suetudine solidos sex. Episcopum enim Ec-
clesiæ minorē duabus auri libris reditum ha-
bentis, neq; pro alia consuetudine aliquid de-
re concedimus. Ea autem, quæ præstari dispo-
suimus, primus presbyter consecrans Epis-
copi & Archidiaconus eius suscipientes et
consuetudine capientibus diuidant. Hæc itaq;
iubemus modis omnibus obseruari, ne ex ta-
libus occasionibus Ecclesiæ debitis prægrauetur,
& sacerdotia venalia fiant.

VALENTINIAN. ET VALENS IN
l. i. C. de Episcop. ardiens, &c.

Episcopus de-
bet esse pius
in pauperes.

Episcopi verus cultus est adiuuare pauperes
& positos in necessitate.

IUSTINIAN. IN AVTH. QVOM. OPORT.
Episcop. & ceter. cler. &c. §. sed neq; effusas. Verf.
quæ igitur. collat. i.

Quæ igitur à nobis sancita sunt, & sacrum
ordinem statumq; custodiunt, secundum
sacrarum regularum obseruationem &
virtutem, de cætero conseruent perpetuò inte-
gra, &c.

gra, & sanctissimi Patriarchæ, vniuscuiusque
diocesis, & Deo amabiles Metropolita, & re-
liqui reuerendissimi Episcopi aq; clerici, vbi-
que Dei culturam & sacram disciplinam cu-
stodientes inuiolatam pœna imminente hæc
præuaricanti, quo penitus alienus sit à Deo, &
imposito sibi sacerdotij ordine: nam velut in-
dignus hoc excluditur, &c.

DE CATHEDRA, SEU RESIDENTIA EPISCOPI.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. VT NULL.
fabric. Orator. dom. & c. §. illud quoq; Coll. 5.

Illud quoq; sancimus, quatenus secundum
iam à nobis probatam legem Deo amabiles
Episcopi in suis Ecclesijs maneant, & non re-
linquant quidē eas, tempus verò multum hinc
morentur, & cogant per prouincias Oecono-
mos expensas sibi transmittere, & sanctissima
Ecclesia extendat, quod & ipse inde ei obser-
uare non patiat. Si verò defuerit Deo ama-
bilis Episcopus Ecclesiæ suæ amplius tempus,
nullam ei mitti expensam de prouincia: sed il-
lam quidem circa actus pios & sanctissimam
Ecclesiam expendi: ipsum verò hic errantem
nō expensis sanctissimam Ecclesiam prægra-
uare: cum certum sit, quòd si plurimo tempo-
re defuerit, quæ iam à nobis super eisdem san-
cita sunt, valebunt.

Episcopi a-
pud suas Ec-
clesias perpe-
tuo residere
debent.

IDEM

IDEM IVST. IN AVTH QVOM. OPOR
Episcop. & cler. & c. Et illud etiam. coll. r.

Episcopis à
suis Ecclesijs
quandiu de-
esse liceat.

Nemo Deo amabilium Episcoporum
à sua Ecclesia plus quam per totum an-
deesse audeat: nisi hoc per imperialem fiat
fioné: sacratissimos Patriarchas vnus cuius
diœceseos compellentes Deo amabiles Ep-
scopos, suis inhxere sanctissimis Ecclesijs
non longo itinere separari, neq; in peregrina-
demorare velle, neque sanctissimas Ecclesias
negligere, neq; annum excedere, quem & op-
sum propter misericordiam constitutum.
verò vltra annum errauerit & dereliquerit
non ad Episcopatum remeauerit proprium
neque Imperialis aliqua eum detineat
tunc siquidem sit metropolita, circa ecclesia-
sticam dispositionem segregatum regionis
lius Patriarcha reuocet quidem cum legitime
mis inclamationibus, seruans vbiq; sacrarum
regularum obseruationem si verò maneat per
omnia inobediens, expellatur à sacro Episco-
porum choro, & alium introducat humiliter
di & reuerentia & verecundia & honestate
dignum. Si verò nō Metropolita, sed aliorum
Episcoporum aliquis sit, qui errauerit: hæc
omnia à Metropolitano fiunt. Nemo enim eorum
talem suscipiat occasionem, si dixerint propte-
rea proprias derelinquere Ecclesias, quod
litium causas aut aliarum rerum proprie-
rum, aut ad sacras Ecclesias respicientium cir-
cumlustrant, & hinc constituti adhxerent, aut in
alij

aliis veniant locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est Episcopum habere, ministeria lustrent peregrè, & expendant, & neque vllum sanctissimis Ecclesiis lucrum, neq; vllum præbere iuuamen, neque secundum quod decet sacerdotem, proprium habere habitum, &c. Et iterum. Si quando propter Ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos, qui res agunt sacrarum Ecclesiarum, aut per aliquos Clericos huc destinatos, aut Oeconomos suos notam Imperio facere, aut notis administratoribus, ut impetrent quod competens est, & hoc non Deo amabilibus Episcopis erroris, & absentia, & sanctissimis Ecclesiis læsionis occasionem fieri, tam in provincia Ecclesiasticarum rerum per absentiam eorum neglectarum: quàm etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non in peregrè habitatione non habili constituta, & vndique causam nullum iuuamen, magis autem læsionem Ecclesiis sanctissimis inferentem.

Episcopos nõ debere vagabundos esse.

Quãdo iusta absentia causa est.

IDEM IN AVTH. DE SANCTISS.

Episcop. §. Interdicimus. Coll. 9.

Interdicimus autem Deo amabilibus Episcopis proprias relinquere Ecclesias, & ad alias regiones venire. Si verò necessitas faciendi hoc contigerit: non aliter nisi cum literis beatissimorũ Patriarchæ aut Metropolitæ, aut per imperialem videlicet iussionem hoc faciant; ita tamen, ut nec illis Episcopis, qui

Episcopos sine venia absentie non debere

Quamdiu ab
esse queat.

qui sub beatissimo Archiepiscopo Constanti-
nopoleos, & Patriarcha fuerint, liceat citra
permissionem eius, aut nostræ iurisdictionis ad
ciuitatem venire. Si verò etiam secun-
dum hunc modum Episcopus cuiusque loci
profectus fuerit, non amplius vno anno suam
relinquat Ecclesiam. Citra autem hanc no-
stram dispositionem aut proficiscentibus, aut
ultra definitum vnius anni tempus extra suam
Ecclesiam facientibus moram, primum qui-
dem non ministrari ab œconomis propriis Ec-
clesiæ expensas: deinde admonere eos per
sacerdotes sub quibus agunt, vt reuertantur
ad suas ecclesias, differentes autem reuertentes
secundum sanctas reuocari regulas: & nisi in-
tra definitum à sacris canonibus tempus re-
uertatur ad suas Ecclesias, ipsos quidem à
Episcopatu expelli: alios autem pro eis melio-
res ordinari secundum præsentis legis vni-
uersalem, &c.

IDEM IVST. CONSTIT. LXL
apud Iulian. Patric.

Episcopo vl-
tra debitum
tempus ab-
senti, denegā-
tur sumptus.

SI Episcopus per multum tempus ab Ec-
clesia sua defuerit, & in aliis locis degat, Œ-
conomus Ecclesiæ eius impensas ei non admi-
nistret. Nam tales inanes sumptus melius
in Ecclesiam, & in alias res ad pietatem perti-
nentes, præstari.

IDEM IN TIT. DE EPISC. ET CLER-
IC. CONST. 6. apud eundem. Iulian.
§. nemo religiosus. Nemo

Nemo religiosus Episcopus extra suam ecclesiam degat ultra annale spatium: nisi forte per imperialem iussione[m] hoc factum fuerit. Patriarchæ autem Episcopos cogere debent, & in suis ecclesiis obseruare quæ diuini præcipiunt canones, & in longas peregrinationes nõ ire nisi iussu Principis. Sin autem sine iussione Principis ultra annum episcopus extra suam ecclesiam fecerit: tunc regionis Patriarcha legitimis eum præconiis reuocet, id est, custodiens sacrorum canonum obseruantiam. Sin autem non obtemperauerit is, qui euocatus est, sed in eadem absentia perseuerauerit: tunc repellat eum ab Episcoporum numero, & alterum pro eo substituatur. Sin autem is, qui in absentia est, metropolitanus non fuerit, sed cuiusdam municipij Episcopus: tunc ea quæ diximus à Patriarcha fieri oportere, Metropolitanus faciat. Quod si litigiorum causa peregrinari voluerit Episcopus, licentia ei non concedatur. Litigare enim Episcopi non per semetipso[s], sed per suos Clericos debent, siue apocrisarios, siue œconomos, & supplicare Principi debent, & impetrabunt ea, quæ desiderant fieri.

Tempus absentie concessum.

Pœna temeræ absentis Episcopi.

Episcopo non licet litigare, per se, sed per suos Mandatarios vel procuratores.

IDEM DE ECCLESIAS. DIVERSISQ.
tit. Const. 115. §. non liceat. apud eund. l. l. &c.

Non liceat Episcopis suas quidem ecclesias relinquere, in alienas autem prouincias peruenire &c.

Episcopo nullam mulierem secum habere permittitur: sed si habere probetur, de episcopatu deiciatur, quo se fecit indignum.

LEO ET ANTHEMIVS IMP. IN L.
si quenquam. C. de Episc. & Cleric. &c.

Episcopus cum femina consuetudinem habens, Episcopatu reiciendus est.

Castus & humilis nostris temporibus eligatur Episcopus, ut quocumque locorum pervenerit, omnia vitæ propriæ integritate purificet.

Episcopus sit castus & humilis.

IUSTINIAN. IMP. IN AVTH. QVOM.

oport. Episc. &c. §. Et neq. vxori. cum §. seq.

Ne habeat vxorem.

Et neq. vxori aliæ copulatus, sed aut in virginitate degens, à principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate, aut ad eum venientem, & non viduam neq. seiunctam à viro, neq. concubinam. Neq. filios aut nepotes habens, neq. cognitos legi, neque illi odibiles. Alioquin qui præter hoc aliquid agit, & ipse cadet sacerdotio, & qui eum ordinat, foris Episcopatum sectabitur, hanc legem offendens.

Hoc ius à Canonib. receptum est in c. de Syracusan. dist. 28. & c. Carinen. dist. 61.

IDEM IN D. AVTH. §. PRIVS AVTEM.

Episcopus sit vxori non cohærens, aut filios, aut nepotes habens: sicut etiam prius duabus nostris sacris constitutionibus hoc sancitum est, per quas dudum cohærentes vxoribus, non perscrutamur, omne præteritum relinquentes: de cætero autem nulli permittentes à positione legis vxorem habenti, talem imponi ordinationem, quam legem etiam nunc renouamus, ne fortè si præter hoc aliquid fiat, & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret.

Episcopus vxore careat.

IDEM IN AVTH. DE SANCTISS.
Episcop. &c. §. sancimus.

Sine vxore, &
concupina.

Episcopi sunt eligendi, qui neque vxorem
neque filios habeant, neque concubinam aut
filios naturales cognoscant eos habuisse, aut
habere: sed et si prius vxorem aliquis ex eis ha-
buit, ipsam & vnam & primam, & neque tri-
duam, neque viro coniunctam, neque legibus aut
sacris constitutionibus interdictam.

IDEM IN D. AVTH. §. PRESBYTERIS.
Episcopum nullam penitus mulierem ha-
bere, aut cum ea habitare permittimus: si
autem probetur nequaquam hoc custodens,
Episcopatu proiciatur, ipse enim se ostendit
indignum sacerdotio.

**EPISCOPIS NON
LICERE DE SVIS FACVLTIATIB.**

*relinquere hæreticis: neque Ecclesiastica bona con-
ferre in consanguineos.*

IUSTINIAN. IMP. IN EDICT. AD POP.
Constant. quod misit ad Ioan. Papa. 2. §. sed regula.

Episcopus re-
linquens hæ-
retico est ex-
communica-
tus etiã post
mortem.

Regula sanctæ synodi Africana statuit Epi-
scopos, qui suas facultates in testameto, vel
ex intestato hæretico relinquunt, oportere etiã
post mortem anathematizari.

IMP. IUSTINIAN. IN L. XLI. (QVAE
alias habetur in lib. prætermiff. Cod. classe.
1.) C. de Episc. & Cler.

Pietate in Ec-
clesias etiam
animas saluas
fieri.

Cum quidam summa in Deum spe, & va-
nità corum salua fiãt, ad sanctissimas ac-
currant Ecclesias, & eis omnes suas facultates
adfe-

adferant, & derelinquant, vt in pauperes & e-
gentes & alios pios vsus consumantur, inde-
cens est Episcopos in suum illas auferre lucrū,
aut in propriam sobolem & cognatos impen-
dere. Oportet enim Episcopum minimē im-
peditum affectionibus carnalium liberorum,
omnium fidelium spiritualem esse patrem.

Episcopos nō
debere in co-
gnatos eroga-
re bona Ec-
clesiastica.

IDEM IVST. IN AVTH. DE ECCLE-
siast. tit. & priuileg. &c. §. interdicimus.

Interdicimus autem sanctissimis Episcopis,
res mobiles, aut immobiles, leseq; monētes,
quæcunque post episcopatum ad eos quoquo
modo peruenerint, in proprios cognatos, aut
in alias quascunq; transferre personas. In ca-
ptiuorum verò redemptionem, & egentium
pabula, & alias pias causas, aut pro utilitate p-
pria Ecclesie, ex his expendere licentiam ha-
beant, & quicquid ex huiusmodi rebus post
obitum eorum in ipsorū facultate remanserit,
iubemus hoc ad proprietatem Ecclesiarum,
quarū sacerdotium habuerunt, competere. In
illis enim solummodò rebus licētiā eis alie-
nandi, aut relinquendi quibus voluerint, da-
mus, quas ante episcopatum probantur ha-
buisse, post episcopatum verò, quæ ex genere
sibi coniuncto ad eos deuolutæ sunt, quibus ab
intestato vsq; ad quartum gradum succedere
poterunt. Hæc autem omnia quæ diximus de
rebus, quæ post episcopatum deuolutæ sunt ad
sanctissimos Episcopos, et in reuerendissimis
orphanotrophis, & ptochotrophis, & nosocom-
is, & xenodochis, et gerontocomis, et omni-

Idem in c. 1.
cum glo. su-
per ver. ante
ex. de testam.
quod cap. vi-
detur esse de-
sumptum ex
hoc. §.
Bona Eccle-
siastica quo-
modo eroga-
ganda.

Quæ bona E-
piscopi testa-
mento relin-
quere possint.

bus aliis rectorib, venerabilium domorum valere sancimus, in rebus, quæ in tempore propria administrationis secundum prædictum modum ad eos peruenerunt. Si quis autem Episcopus &c. moriatur sine testamento, & legitimis successoribus, horum successio Ecclesie competat, in qua constituti fuerint.

Episcopo morienti ab intestato, succedit Ecclesia, si non adsint legitimi hæredes.

EPISCOPO PROHIBETUR ALEA, PUB. LVDORVM inspectio, & ne cui manum inferat.

IVSTINIAN. IMP. IN AVTH. DE SANCTISS. EPISC. §. yt autem omnis. Verf. interdicimus. coll. & auct. interdicimus. C. de epis. & cleric. &c.

Interdicimus autem sanctissimis Episcopis, presbyteris & diaconis, & subdiaconis, lectoribus & omnibus aliis cuiuslibet venerandi collegij aut schematis constitutis ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes aut inspectatores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis à venerabili ministerio prohiberi, & in monasterium redigi. Si autem in medio tempore ostenderit dignam sui vitij penitentiam, liceat & sacerdoti, sub quo constitutus est, minuire tempus, & hunc rursus proprio reddere ministerio. Scientibus quoq; sanctissimis Episcopis debentibus hoc vindicare, quia si tale aliquid cognoscentes non vindicaerint, ipsi rationem Deo pro tali causa persoluent.

Episcop. ne fit aleator, nec inspector alea, nec pub. spectaculis interfit.

IDEM

IDEM IN CONST. 115. §. SED NEQUE
Episcopus, apud Iulian. Patricium.

Episcopus constitutus tablizare ne audeat, Alea prohibi-
vel socius ludentium fieri, vel spectator, vel ta.
in quocunque spectaculo spectandi causa ve-
nire, &c.

IUSTINIAN. IMP. IN L. FI. C. DE
religios. & sumpt. funer. &c.

Alearum usus antiqua res est, & extra ope- Aleam dam-
ras pugnatoribus concessa. Verum pro tem- nabilem mul-
pore prodijt in lachrymas, multa milia extra- tas inuasisse
nearum nationum suscipiens. Quidam enim nationes.
nec ludentes, nec ludum scientes, sed numera- Alea multi ad
tione tantum proprias substantias perdide- paupertatem
runt, die noctuq; ludendo argento, apparatu, redacti.
lapidibus & auro. Consequenter autē ex hac
inordinatione blasphemare, id est, Deo male-
dicere conantur: & instrumenta conficiunt.
Commodis igitur subiectorum prospicientes, Alea parit
hac generali lege decernimus, vt nulli liceat blasphemiam
in publicis vel priuatis domibus, vel locis lu- & crimen fal-
dere neq; inspicere, & si contra factum fuerit, si.
nulla sequatur cōdemnatio, sed solum red- Alea penitus
datur, & actionibus competentibus repetatur prohibetur, &
ab his qui dederunt, aut eorum heredibus, quod perdit-
aut his negligentibus, ab eorum procuratori- tur, repeti po-
bus vel patribus, seu defensoribus repetat fis- test, &c.
cus, non obstante, nisi quinquaginta annorum
prescriptione: Episcopis vero locorum hoc
providentibus, & presidium auxilio vtentibus.

S 5 IDEM

IDEM IVST. IN §. OMNIBVS AVTE
verf. sed neq; Auth. De sanctiss. Episc.

Episcopus ne
 sit percussor.

Non licet Episcopo proprijs manibus
 quem percutere, hoc enim extraneum
 sacerdoti est.

IDEM APVD IVLIAN. PATRIC.

Const. 115. §. non liceat.

Non liceat Episcopo manibus suis alie
 cedere: hoc enim alienum à sacerdote

IDEM IVSTIN. IN AVTH. DE ECCLE
clastic. rer. immob. alienat. coll. 5.

In Episcopos
 malos diuina
 vindicta.

Episcopi scire debent, quia Deus inspicit
 quæ geruntur ab eis, & si quid egerint
 dolum aut lucrum aut machinatione, hoc
 suis recipient animabus viuentes & mortuos.

**SEQUVNTVR EP
 STOLÆ QVORVNDAM IMPER
 ratorum Rom. de Episcopis Catholicis.**

VICTOR CONSTANTIVS MAX. AV
gustus, Episcopis & Presbyteris Catholicis
 Ecclesiæ Alexandria.

Non destitutus est diuina benignitate
 rendissimus Episcopus vester Athanasius.
 Sed quamuis ad breue tempus humanæ ob
 aus est explorationi, tamen debitum ab
 quæ omnia respicit, prouidentia tulit cal
 voluntate Dei, & iudicio nostro patria
 & Ecclesia, cuius præfectura diuino ei
 contigit, recepta. Quem æquum fuit, vt senten
 tia consentanea nostra quoq; imitaretur man
 fuerit

sineudo, videlicet, vt omnia quæ ante hac con-
 tra eos, qui cum ipso communiõne vñ essent,
 decreta sunt, nunc obliuione obliterentur, sus-
 spicioq; aduersus eum omnis deinceps inter-
 cidat, & immunitas, quam dudum, qui cum
 eo fuere clerici habuere pro eo atq; decet, liti-
 ris hisce confirmetur. Quin & illud nostræ er-
 ga eum benignitati meritò adijciendum esse
 iudicauimus, vt vniuersi, qui in sacri ordinis
 albo sunt, cognoscant securitatem adauctam
 esse omnibus, qui ei fuere coniuncti, Episcopis
 simul & clericis. Certum verò vnius cuiusque
 rectæ sententiæ iudicium erit, si cum hoc vni-
 tus coniunctusq; fuerit. Quicumq; enim præ-
 stantiore sorte & iudicio communionem ip-
 sius sequendam sibi delegerint, eos omnes ad
 similitudinem, quæ nos præuenit, prouidentie,
 hac nostræ, Dei voluntate exhibita, gratia &
 dignitate perfrui iussimus.

IDEM CONSTANTIVS IMP. POPVLO
 Catholica Ecclesia Alexandrina.

CVM in rebus omnibus proposita nobis sit
 vestra, quæ ex recta iuris legumq; constitu-
 tione provenit, felicitas, & non ignoremus fa-
 tis diu Episcopi vos catuisse prouidentia: Atha-
 nasum antistitem virum, propter insitam sibi
 fidei sinceritatem, morumq; natiuam probi-
 tatem hominibus omnibus spectatum, equum
 esse duximus, vt ad vos remitteremus. Eum ita
 vt consuetudo fert & decet, suscipientes, præ-
 cumq; ad Deum vestrarum adiutorem con-
 stituentes,

stituentes, quæ & vobis congruit, & nobis ac-
 cepta est, concordiam & pacem iuxta Eccle-
 siæ sanctionem prolixè seruare studere. Min-
 imè enim omnium conuenit, discordiam al-
 quam aut seditionem inter vos concitari, in
 ista temporum nostrorum tranquillitate, ac
 eam quidem incommoditatem abesse à vobis
 omnino volumus. In precationibus verò, in
 eo quem diximus authore & adiutore sedulo
 vrentes, diuinis rebus more recepto insistantes,
 vos admonemus, vt tali animorum vestrorum
 proposito ad vniuersorū vota transeunte, er-
 gentibus etiā qui adhuc idolorum errori sunt
 implicati, ad sacrosancti sacrificij cognitionem
 peruenire, Alexandrini charissimi, maturent.
 Quare vos iterum admonemus, vt in ijs, quæ
 diximus, persistatis. Episcopū verò Dei ipsius
 nutu & sententiā nostrā ad vos missum, liben-
 ter recipiatis, atq; eum ex animo complecten-
 dum vobis esse existimetis. Id quod & vos de-
 cet, & mansuetudini nostræ conuenit. Vt enim
 tumultus & seditionis occasionem omnē eo-
 rum, qui consultò deteriora cœpta sequuntur,
 præcideremus, iudicibus, qui apud vos senten-
 teris nostris mandauimus, vt omnes quos se-
 ditiosos esse cognoscerent, legum subijciant
 vindictæ. Itaq; cum vtrunq; perspiciatis, simul
 scilicet, & diuinam nostramq; sententiā, cu-
 ram etiam quam de vobis atq; concordia ve-
 stra gerimus, & legitimam aduersus impro-
 bos poenam, ea quæ sacræ religionis sanctioni-
 bus

bus conueniunt, ritè seruantes, & quem diximus Episcopum omni honore & reuerentia prosequentes, preces, cum pro vobis ipsis tum pro vita totius & reipublicæ prosperitate, ad rerum vniuersarum Deum patrem fundere sedulo studeate.

Eodem exemplo præfatis Augustinæ, Thebaidis & Libya scripsit. Sequitur Epistola Constantini Magni ad Eusebium Pamphili de recusatione Antiocheni Episcopatus scripta.

VICTOR CONSTANTINVS

Max. A. Eusebio.

REcognoui sapissimè Episcopatum, simul & canonem Ecclesiasticæ scientiæ accurate custoditū intellexi: MANENDVM IGTUR IN ILLIS EST, QUAE ET DEO PROBANTVR, ET APOSTOLICAE TRADITIONI CONSONA VIDENTVR. Felicem utiq; te ipsum in hoc puta, quòd totius mundi, vt ita dicam testimonio dignus es iudicatus, qui vniuersa Ecclesiæ sis Episcopus. Etenim si cuncti, vt apud se sis optant, hanc tibi felicitatem indubitanter adaugent. Verum prudentia tua, quæ & mandata Dei & Apostolicum ecclesiasticumq; canonem seruare nouit, egregiè in hoc se gerit, quòd Antiochenæ Ecclesiæ Episcopatum recusat, & in ea manere contendit, cuius Episcopatum initio consilio diuino suscepit. De hoc autè ad populum scripsimus & ad alios comministros, qui & ipsi de hac mihi causa scripserunt, quæ si legat sinceritas

Manendū est in his quæ Deo placent & Apostolica traditioni.

synceritas tua, facile cognoscat, quod contra
dicente ipsius iustitia, adhortatione diuina
eos scripserim, quorum consilio & tuam opem
erit accedere prudentiam, vt in Ecclesia An-
tiochena formetur. Deus te custodiat frater
lecte.

IDEM CONSTAN. AVG. THEODOT.
Theodoro, Narcisso, Aerio, Alphio, ac reliquis
Episcopis Antiochia.

LEgi quæ à prudentia vestra scripta sunt,
Eusebijque vnà vobiscum consecrati sa-
piens propositum accepi, ac quæ facta sunt, co-
gnoui omnia, partim ex literis vestris, partim
ex Acacio & Strategio illustrissimis comiti-
bus, ideoq; habita diligenti consideratione ad
populum Antiochenum scripsi, quod & Deo
acceptum erat, & Ecclesie conueniebat, & E-
pistolæ exemplar hisce literis adiungi manda-
ui, vt & ipsi cognoscatis, quid nam iustitia ra-
tione permotus ad populum scribere volue-
rim. Quoniam hoc continebant literæ vestræ,
quod secundum & populi vestræ electionis
prudentiam ac voluntatem Eusebius sanctis-
simus Casariensis Ecclesie Episcopus, Antio-
chena Ecclesie præsidere, ac curam illius in se
recipere debeat. Verùm secundum tabulas
quæ præcedentium conuersationes, ac præter-
itam Ecclesiasticas leges continere videntur,
oportebat etiam eam sententiam vestræ inno-
tescere prudentiæ. Peruenit enim ad me Eu-
phronium presbyterum ciuem Casareæ Cap-
padocia

padocia existentem, ac Georgium similiter
Aethusianum presbyterum, quem Alexan-
der Alexandria huic ordini ac muneri depu-
tauit, fide esse probatissimos. Conueniebat igitur
prudentiæ vestræ significare, vt & delecti &
alii, quos dignos ad Episcopatus dignitatem
iudicaueritis, ea designet, quæ Apostolicæ sunt
traditioni consona. Talibus enim rectè insti-
tutis, poterit prudentia vestra ordinationem
ita secundum Ecclesiæ canonem & Apostoli-
cam Traditionem dirigere, sicut ecclesiasticæ
scientiæ ratio dicitur. Deus vos custodiat, fratres
dilecti.

VALENTINIANI ET VALENTIS IMPP.

literæ, quibus Nicænæ vrbi confertur priuilegium,
quod sit Metropolis.

IMPP. CAES. FL. VALENTINIAN. ET

Valens, pij, foelices, colendi, perpetui victores,
S. dicunt Nicænis.

Licet studium nostrum ex illo manifestum
atq; clarum sit cunctis, ex quo regni subli-
mitatem & publicam gubernationem Dei vo-
luntate suscepimus, veruntamē & super prin-
cipatum huius foelicitatis adijcimus, quoniam
vestra ciuitas completa gaudio super nostra
foelicitate, gratiæ atque læticiæ omni populo
causa facta est, propterea licet Metropolitana
olim est nominata, & hoc leges antiquæ con-
tinent, tamen legem nobis proferentibus, nul-
la dubitatio esse poterit, eò quod hæc immota
& firmissima maneant, & temporibus futuris
augenda, & de cætero hæc etiam in nostra ci-
uitate

uitate proficiscentes, sanciuimus. Permane
 igitur in perpetuum ista consuetudo, ut ciu-
 tas vestra sit Metropolitana, consuetudine
 men in processu Bithynia iudicis permane-
 te. Nullus enim aufert aliquid aliorum. Ex
 voluntate Dei vestra ciuitatis dignitas aug-
 tur. Gaudentes itaq; orationes vestras dupli-
 cate, & latamini in his, in quibus per hac
 bis præbetur honor, omni dubietate in futurum
 vacante, conspicientes quemadmodum per-
 petuam pacem & prouidentia ex nostris san-
 ctionibus impetrastis.

CONSTANTIN. AVG. ANIL-
 no Procol. Africa.

Religione sal-
 ua & integra,
 etiã resp. con-
 seruatur.

S ANCTE Aniline honoratissime. Quoniam et
 pluribus rebus apparet religionem, in qua
 summa custoditur sanctitatis reuerentia, ita
 tenuetur, magna pericula adferre rebus publi-
 cis, ac rursus eandem, si legitime tractetur, &
 custodiatur, maximam prosperitatem Romæ
 no nomini & cunctis mortalium rebus præci-
 puam præstare fœlicitatem, diuina illa exci-
 bente beneficentia, visum est, ut viri illi, qui
 debita sanctitate, ac sedula legis huius obser-
 uantia diuinæ huic religioni ministrant, labo-
 rum suorum præmia reportent. Quapropter il-
 los qui in prouincia tibi concredita, in catho-
 lica Ecclesia, cui Cecilianus præsidet, sanctæ
 huic religioni ministrant, quos clericos nomi-
 nare solent, ab omnibus publicis oneribus in-
 vniuersum liberos & imunes seruari volo, ne
 fiat

Clerus sit im-
 munis à pub.
 onerib.

fiat, ut errore quopiam, vel exorbitatione sacrilega à cultu Diuinitati debito abstrahantur, sed potius sine omni perturbatione suæ legi seruiant, qui dum maxima diuini cultus ministeria perficiunt, communibus rebus plurimum prodesse videntur. Vale Aniline honoratissime.

DE COMMUNI CLERICORVM STATV.

Quæ Christianæ religionis sacris initiatur, ab ipsa usque nascentis Ecclesiæ infantia Clericos appellatos esse, Aliciatus lib. 5. Parergon refert: et quod Græcis Cleros sit idem quod sors, clerici per sortem deligi solebant olim, iux. C. clericos. dist. 21. Quæ tamē electionis forma sacrorum canonum iure hodiè non approbatur. c. si. extra. de sortileg. eò quod certo iudicio deligendi, et approbandi sint. Quidam ideò sic dictos putant, quod quilibet in decurias suas distribuere, ut sibi mandato munere fungi posset: vnde constitutos fuisse ostiarios, psaltes, Lectores, exorcistas, Acolythes, diaconos, subdiaconos, presbyteros et Episcopos. Qui demum communi quodam vocabulo clerici dicti sunt. Inualuit etiam vsus, ut promiscue fere sacerdotes vocarentur: sub qua ditione, cum sit vetustissima, etiam Gentiles, præsertim Romani recensere suos Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salios, Pontifices minores, Pontifices maximos, Reges sacrorum sacrificulos, Augures, Aruspices, et Gallos, qui Cybeles sacra facerent. Vnde in ll. 12. tab. sanctum erat.

Clerus vnde dictus.

Sacerdotum origo.

T Quæq;